



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

119. Reditus Bonifacij in Germaniam cum ampio Pontificio Diplomate.
Aliqua de Leone Imperatore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

Patriarchio nutritus, sub sancte memoria Domino Sergio Papa Subdiaconus atque sacellarius factus, Bibliotheca est illi cura commissa; deinde ad Diaconatus ordinem promovetus est à S. viro, vir castus, diuina scriptura eruditus, facundus loquela, & constans animo, Ecclesiasticarum rerum defensor, contrariorum fortissimus impugnator. Et ad annum 731.

Hic quadragesimali tempore, ut in quinta feria Ieiunium aëg Missarum celebritas fieret, in Ecclesias in quibus non agebantur, instituit.

DISSERTATIO CXIX.

Reditus Bonifacij in Germaniam cum ampio Pontificio Diplomate. Aliqua de Leone Imperatore.

SBonifacius postquam non paucō tempore Romā esset moratus, multaque Romanæ Ecclesiæ scita Germanorum Ecclesijs inferenda addidicisset, tandem à Gregorio mense Maio anni 719. in Germaniam remittitur, data amplissima facultate verbum Dei disseminandi patenti diplomate expressa 15. Maij, quod tale est apud Othlonum supra cap. 12.

Exigit manifestata nobis religiosi propositi tui pie in Christo flagrantis intentio, & approbata sincerissima fidei tua prolatare latio, ut ad dispensationem verbi diuini,

cuius per gratiam Dei curam gerimus, te
comministro ut amur. Experientes proinde,
te ab infantia sacras litteras didicisse, pro-
fectusque in dolem ad augmentum crediti cali-
tus talenti prospectu diuini timoris extende-
re, videlicet gratiam cognitionis caelestis o-
raculi in laborem salutifica prædicationis,
ad innotescendum gentibus incredulis myste-
rium fidei instati conatu expendere, collæta-
mur fidei tua & adiutores effici cupimus
gratia prærogata. Igitur quia præmissi co-
natus pium affectum usque ad Apostolicæ
sedis, modestæ prouisione, perduxisti con-
sultum, ut membrum ex membro proprij
corporis caput requirens, motum mentis
probares, capitisque arbitrio humiliter te
submittens, & eius directioni iusto tramite
properans soliditati compaginis plenitudo ex-
istas. Ideo in nomine indivisibilis Trinitatis,
per inconcussam auctoritatem B. Petri A-

Hhh 2

postolorum

postolorum Principis, cuius doctrina Ma-
gisterio fungimur, & locum sacra sedis ad-
ministramus, modestiam Religionis insti-
tuimus, atque precipimus, ut in verbo
Dei (quo igne salutifero, quem Dominus
mittere cœnit in terram, enitè videris) ad
quasunque gentes infidelitatis errore deten-
tas properare, Deo annuente, potueris,
mysterium regni Dei per insinuationem no-
minis Christi Domini Dei nostri veritatis
suacione designes & per spiritum virtutis
& dilectionis ac sobrietatis predicationem
utriusque testamenti mentibus indoctis con-
sona ratione transfundas. Disciplinam de-
nig^z Sacramenti, quam ad initiandos Deo
prævio credituro steneret studeas ex formula
officiorum sanctæ nostræ sedis Apostolica
institutionis tuae gratia prælibata, volu-
mus ut intendas. Quod actioni susceptati-
bi deesse perspexeris, nobis ut vulneris in-

timare

*timare curabis. Bene vale. Data Id. May
imperante Domino piissimo Leone à Deo
coronato, Anno tertio Imperij eius, indictione 2.*

Nota primò, ex dicta bulla & ex præcedentibus cerni priscos mores & antiquos ritus quomodo quis munere Apostolatus initiari soleret. Ad quod accuratius obseruandum, iuuabit ad singula verba attendere: videbitur quomodo prædicatio, fides, Sacramentorum dispensatio Apostolicorum virorum Romanæ Ecclesiæ consenserint, eius directioni subiacuerint, minimè ab ea diuulsæ, minimè alienæ, quemadmodum est eorum qui se ipsos muneri sacro ingerentes, à seipsis tantummodo loquuntur.

Nota secundò, Leonem Imperatorem fuisse impium, Iconomachum, Ecclesiæ magnum perturbatorem, attamen à Pontifice intitulari Pijssimum, titulo honoris & assueto Imperatoribus Christianis attribui; quemadmodum Iustinianum alioqui malum Pijssimum vocari apud Marcellinum differ. 27. explicuimus.

Nota tertio, Leonem hunc vocari apud Surium Leonem secundum. In Othlono autem & manuscriptis S. Bonifacij epistolis neque secundum, neque tertium. Onuphrio est tertius: alijs est quartus. Diuersitas hæc oritur ex alio atque alio modo personas computandi. Sunt qui Leonem cum filio Leone imperantem circa Annum Christi 460. pro uno Leone: alijs qui pro duobus Leonibus Augustis accipiunt. Sunt qui Leontium anno 696. imperantem Leonem scribunt, alijs exscribunt; nam Leontium & Leonem diuersa nomina esse. Qui tamen omnes in serie

430 . DE PRIMIS VETERIS FRISIÆ APOSTOLIS
Imperatorum enumeranda quoad rem conueniunt.

Nota quartò, Quæri posse num annus Imperij Leonis tertius & indictio secunda in bullâ Pontificia legitti-
me si sit posita. Si Baronium sequamur aūspicantem Im-
perium Leonis anno 716. 8. Kalend. Aprilis, vel afferen-
dum est, ponendum esse Leonis Imp. quartum inchoa-
tum à vigesimo quinto Martij anni 719. vel diploma esse
concessum Indictione prima anno 718. quod tamen Baro-
nius non admittit. Quare rectius sequemur Paulum Dia-
conum, Onuphrium aliosque inchoantes regnum Leo-
nis anno 717. 25. Martij Indict. 15. currente à Septembri
anni 716. ex prisco vñu. Et hoc modo recte saluantur in
bullâ annus tercius Leonis inchoatus scilicet à 25. Martij
719. & Indict. secunda currens nimirum à Septembri an-
ni 718.

De annis Imperij Leonis sic Onuphrius: *Leo tertius Im-
perator cognomen Conon & Icōnomachus, natione Isaurus, ex
Germanica ortus, adeo obscuri generis ut sedentariam exercuerit,
qui ex Duce Orientalis exercitus pulso Theodosio Constantinopoli
Augustus appellatus est 8. Kal. Aprilis anno Domini 717. Theodo-
sio ipso Adrymatteno solo Consule. Coronatus à Germano Patriarcha.
Imperavit annos 24. menses 2. dies 25.*

Solus autem tres, dies 16.

Cum Constantino 6. Filio suo Augusto annos 21. Menses 2.

Obiit Constantinopoli 14. Kal. Iulij anno Domini 741. post Con-
sulatum suum anno 24. ibique sepultus.

D I S S E R T.